

175

ANDREAS VENDRAMINVS

D U X LXX.

*Electus die 5. Martii Anno 1476. obiit die 6. Maii
Anno 1478. etatis 86.*

ELOGIUM VETVSTVM.

*Senio iam confectus Rempubicam diuturno bello vexatam intrepidè gubernavi.
Domi Iustitiam adeò colui, ut proprio nec pepercerim filio. Foris quidem
Naufragium, formidanda hostium obsidione liberavi.*



Andreas Vendraminus illius Andreæ nepos, qui cum liberis, in Bello Clodienſi Patriam fulcivit auro, & ferro, poſt Mocenicũ, thronũ ſcandit eo gradu, quo avus inter Patritios, opes congerens pro patriã magis, quàm pro familiã. Duodecim ei filii, quorum neminem coelibem voluit, ut tot ex uno prodirent ſanguine cives, qui vel ſoli Rempubicã propagarent. Hinc uno ex ſtipite quinque ſtirpes agnatæ, quæ more fluminũ ad Mare redundant, & ſanguine non impediẽte iterum coaleſcunt. Septẽ etiam Cognati, filiarum nuptiis, acceſſere affines Zaccharias Barbadicus, Petrus de Priolis q. Laurentii, Nicolaus Donatus q. Hieronymi, Antonius